


QVÆSTIO CARDINALITIA,

MATVTINIS DISPVTATIONIBVS DISCVTIENDA IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE XXVII. MENSIS FEBRVARII,

MODERATORE
MAGISTRO JOANNE DEGORRIS, REGIS CONSILIARIO ET MEDICO ORDINARIO.

An Medicorum Parisiensium frequentes Phlebotomiæ, iure vel iniuriâ accusantur?

I



CHOLA Parisiensis Alumna Medicæ veritatis, apud Erasistratæos *a* Αἱμοφόβους frequentioris venæ sectionis rea, ad Hippocratis Galenique tribunal his rationum momentis prouocat. Sanguis vt vitæ, sic plerumque mortis author, ex succorum quatuor naturalium æquabilitate *b* constat. Horum singuli, aliàs secundum naturam, aliàs præter naturam consistunt: Secundum *c* naturam, cum decoram & consentaneam, tum qualitatem, tum quantitatem obtinent; Præter naturam, cum vel qualitatis *d*, vel quantitatis modum non tenent: Inde fiunt Plethora & Cacochymia: Illa succorum omnium æquabilis redundantia *e* est; siue sincerioris *f* sanguinis summa vbertas in venis & corporis habitu; Hæc vitiositas *g* humoris, in omnes & singulas corporis partes diffusa: vtraque, quia morbi causa existit, si emendari aliter non potest, protinus auferen-

da expellendáque eſt; hæc vero illius expulſio, euacuatio eſt, quæ variis ſubſidiorum generibus comparatur, quorū primaria ac præcipua ſunt Purgatio atque Venæ ſectio; illa ex humorum peccantium, & morborum obſeruatione multiplici minus *h* ſecura; hæc obſeruationum paucitate tutior *i* atque facilior; hæc ſæpe divinos & admirabiles parit eventus *l*, purgatio ſi benignior, rarò deſideratos *m*, Validior infelices *n*, Moderata, vt moderatis opportuna, ſic in acutis affectibus raræ *o* neceſſitatis, ſolis eorum, velut hoſtis triumphati reportandis exuuiis efficax eſt, humore expurgato, cujus acumen & impetum prius fregêre fidâ coctione *p*, vel Natura, vel venæ ſectio, tuta acutiſſimorum anchora *q*, & auguſtisſimum Artis Palladium, fremant frendant licet Αἱμοφόβοι, qui Paracelſi glandes, Hippocratis Galenique frugibus anteponunt.

Confirmationes Theſeos ex Hippocratis & Galeni locis.

a Conſtat ex G. Libello toto de venæ ſect. aduerſ. Eraſiſtratum & Eraſiſtratæos.
b G. Comm. 1. in lib. 1. Hippoc. de nat. humana, textu 39.
c Hipp. l. 1. de nat. hum. t. 19. 20. Gal. 8. de placit. H. & P. c. 6. & l. de plenitud. c. 10.
d G. 9 meth. c. 11.
e G. 13. meth. c. 6. & lib. de plenit. c. 11. & 3. de ſanit. tuenda, c. 9.
f G. 2. κατὰ τόπ. c 3.
g G. 13. meth. c. 3. & 3. de temperam. c. 3.
h G. li. de venæ ſ. aduer. Eraſ. c. 7. & comm. 2. in l. de victu acut. t. 11.
i G. Ibid. & l. de cura per ſang. miſſ. c. 12.
l G. l. de cur. per ſang. miſſ. c. 17. & libello toto.
m Aſſertionis ratio ex 9. Meth. c. 15.
n G. 3. de ſimpl. med. facult. c. 27. 28.
o Hipp. aph. 24. ſect. 1.
p Hipp. ap 22. ſect. 1.
q G. l. de cur. per ſang. miſſ. c. 12.

II

VERVM vt remedium vnumquodque, ita Phlebotomiam convenienter adhiberi neceſſe eſt: Remedij genus, & vtendi modum ſubminiſtrabit Ἔνδειξις idonea, ſine qua medendi methodus *a* fruſtra tentatur: hæc agendorum inſinuatio *b* eſt, petenda à rei natura *c*, quæ vna *d* cum ſit, ab vno vnum per ſe & primo ſignificari, non vero plura cenſemus *e*: Significant vero *f* tria; Res naturales ſui maxime *g* conſerua-

tionem, quæ præter naturam ſunt, depulſionem *h*, non naturales pro ſua ad vtrumuis propenſione hanc illámve ſibi *i* depoſcunt: ἔνδειξις θεραπευτικὴ ſoli debetur præter naturam *l* affectui, Magno, parvo, par & æquale gradu *m* contrarium: Acutis, & magnis omnibus *n* venæ ſectio, ex eorum magnitudine & ægri robore æſtimanda: Magnitudo ex affectus eſſentia, ex afflictæ partis præſtantia, & ſymptomatum acerbitate *o*: ſola verò cum virium robore coniuncta morbi magnitudo, primaria eſt *p* venæ ſectionis ἔνδειξις, quia debetur in primis τῷ μεγάλῳ πάθει μέγα βοήθημα. Enimuero cum ſit evacuans, revellens, refrigerans, deobſtruens & expurgans auxilium *r*, qui magnus morbus eſſe posſit qui hac, aut illa ratione, misſione ſanguinis non gaudeat? Vtendi modum perfectius & exquiſitius præſcribet, temperamenti *ſ*, habitus *t* corporis, ætatis *u*, anni temporum *x*, cæli *y* ſtatus, *z* conſuetudinis, & virium *aa* obſeruatio, quia συνενδεικνύμενα *bb* ſunt, ἢ ἀντενδεικνύμενα *cc*: Eſt hæc apud Iudices æquisſimos, Hippocratis & Galeni legibus tam lex conſentanea, vt in morborum ſequentium curatione aberrare profecto ſinat neminem.

a G. 2. Meth. c. 7.
b G Ibidem.
c G Ibidem. & 11. meth. c. 15.
d G. 4. de ſimpl. facult. c. 15.
e G. 9. meth. c. 12.
f Aſſertionis ratio ex 9. meth c. 14.
g G. 3. meth. c. 5.
h G. Ibidem. & 14. meth. c. 13.
i Aſſertionis ratio ex 9. meth. c. 14.
l G. 4. meth. c. 3. & 4. & 9. meth. c. 9. & 9. meth. c. 15.
m G. 9. meth. c. 15. & 3. meth. c. 9. & 1. κατὰ φύν. c. 3.
n G. 4. meth. c. 6. & Hipp. 4. de victu in acut. t. 16. 19. & l. de cur. per ſang. miſſ. c. 10.
o G. 7. meth. c. 12. & 1. de criſib. c. 3.
p Hipp. 4. de vict. in acut. t. 19. & Gal. in comment. & l. de cur. per ſang. miſſ. c. 13. & 9.
q Aretęus.
r G. 9. meth. c. 11. & 8. meth c. 4. & 1. de cur. per ſang. miſſ. c. 12.
ſ G. 7 meth. c. 13.
t G. 9. meth. c. 17 & 1. ad Glaucon. c. 14.
u Ibidem. & l. de cur. per ſang. miſſ. c. 9.
x Ibidem. & l. de cur. per ſang. miſſ. c. 9.

y Ibidem, & 1. ad Glaucon. c. 14.
z Ibidem. & 1. ad Glauc. c. 14.
aa G. l. de cur. per ſang. miſſ. c. 12. & 9. meth. c. 7.
bb G. 13. meth. c. 16.
cc G. l. de cur. per ſang. miſſ. c. 13.

III.

PLETHORÆ purę ex optimorum ſuccorum pari portione, vnicum ac proprium remedium *a* eſt Phlebotomia: necnon impurę quæ cacochymiæ particeps eſt *b*, ſuccurrit; Calidæ quidem bilioſęque plenitudini *c* tutiſſimè; Parcius *d* melancholicę; Pituitoſæ omnium *e* certè minimè: Simplici quoque venarum cacochymiæ, quæ in venis citra plenitudinem conſiſtit *f*, medetur; Quæ verò viſcerum vitio genita eſt, aut partis alicuius ſubſtantiam, vel corporis habitum occupauit, medicamento in primis, *g* non venæ ſectione ducenda. His adducti legibus, omnium tum interiorum, cùm exteriorum partium inflammationibus venę ſectione *h* medemur, ſanguinis *i* ſputo, incipienti *l* tabi, ſanguinis *m* vomitioni, & eruptioni quæ ex *n* naribus, vtero *o* vel hęmorrhoide *p* plenius erumpit; Inſuper carbunculis *q*, furunculis *r*, ſcabiei humidiori, quæque huius conditionis & naturæ ex impura plenitudine emergunt. Illa necnon ſaluberrima eſt febribus omnibus quas putreſcens humor *ſ* accendit; Sed & partium affectus quamplurimos, lethargum *t*, vertiginem *u*, apoplexiam *x*, epilepſiam *y*, paralyſim, phrenitidem *z*, cordis παλμόν, *aa* acres mordaceſque *bb* oculorum fluxiones, vel pręſentes miſſione ſanguinis curamus, vel impendentes, conſuetos aut anniuerſarios, eâdem anteuertimus: Adhęc, hydropem imminentem à ſolennis effluuij *cc* ſuppreſſione, dolores *dd* acerbiſſimos, alui *ee* fluores bilioſos, morbillos *ff*, peſtem atque *gg* peſtilentes febres: Tam illa ſe latè diffundit grauiſſimorum affectuum medicatrix φλεβοτομίη; Non ſeni, puero vel prægnanti *hh* inimica; Non diuturnis morbis *ii* aduerſa: Omni acutorum *ll* tempore, demptâ, *mm* nec demptâ *nn* declinatione procuranda.

a G. l. de cur. per ſang. miſſ. c. 6. & comm. 6. ad aphor. 47.
b G. 9. meth. c. 5. & 11. & 8. met. c. 4. & 4 de ſanit. tuend. c. 4.
c Aſſertionis ratio ibidem, & l. de cur. per ſang. miſſ. c. 10. & 3. de loc. affect. c. 7.

e Affertionis ratio ex 4. de fanit. tuend. c. 4. & G. l. de cur. per fang. miff. c. 6. & 9 & 10.
f G. 8 meth. c. 4.
g G. l. de purgant. medic. facultat. c. 5.
h G. l. de cur. per fang. miff. c. 8. & 19. & comm. 1. ad aph. 23. & lib. toto 13. meth.
i G. l. 5. meth. c. 8. & 13.
l Hipp. 5. Epid. initio, & Gal. comm. 3. in 6. Epid. t. 29.
m G. l. de venæ fect. adverf. Erafift. c. 8.
n G. l. de cur. per fang. miff. c. 11.
o G. Ibid. & 5. meth. c. 3.
p G. l. de cur. per fang. miff. c. 19.
q G. 14. meth. c. 10.
r Affertionis ratio ex G. 5. κτ̀ τόπ. c. 7.
f G. 11. meth. c. 15.
t G. 13. meth. c. 21.
u G. l. de cur. per fang. miff. c. 10. 7. & 19.
x Ibid. c. 7.
y Ibid. & c. 10.
yy Aëtius tetrab. 2. ferm. 2. c. 8. & Trallian. l. 1. c. 6. & Ægin. l. 3. c. 18.
z Gal. 13. meth. c. 21.
aa G. 5. de loc. aff. c. 2.
bb G. 13. meth. c. 22. & 4. κτ̀ τόπ. c. 1. & 8.
cc Hipp. l. de victu in acut. & G. comm. 4. in eum lib. t. 3. & c. 5. de venæ f. adverf. Erafiftr.
dd G. comm. 1. ad aph. 23.
ee Affertionis ratio ex Gal. 2. ad Glauc. c. 2. & 7. meth. c. 11.
ff Auicen. l. 4. fen 1. tract. 4 c. 10.
gg G. 14. meth. c. 10. & 11. meth. c. 15. & comm. 3. in 1. Epid. t. 26. & 1. de differ. febr. c. 4.
hh Celf. l. 2. c. 10. & Gal. l. de cur. per fang. miff. c. 13. & comm. 4. in lib. de victu in acut. t. 19.
ii G. comm. 4. in lib. de vict. in acut. t. 19.
ll G. l. de cur. per fang. miff. c. 20.
mm G. 3. de crifib. c. 5.
nn G. l. de cur. per fang. miff. c. 21.

IV.

QVID fi vero pluries repetita, nondum fatis accedat ægro leuamenti? Non funt venæ fectiones numeris, fed necefsitatis legibus *a* metiendæ: Artem στοχαστικὴν facit maximè, *b* obfcura remedij quantitas; Neque ad mifsionem fanguinis idoneam, certam vbique fidem dederint commemorata συνενδεικνύμενα, Non fanguinis color *c* & qualitas, Non ipfe defectus animi, *d* vel pulfus *e* mutatio, Verùm aliæ po-

tiores obferuationes adhibendæ funt ad quas dirigi curantis confilium debeat; Sed quam, vel peritiffimo Medico illud perarduum, nifi fpectetur non quæ ætas *f* fit, neque quid in corpore intus geratur, fed quæ vires fint; Poft quater quinquiéfve iteratam fanguinis miffionem, æger fynocho pariter exæftuat, Pleuriticus anhelat, Angina fauces angit; quis decoctis, quis iufculis alteratis, quis illic purgationi locus *g*, ἀξίως τῆς περιβολῆς *h* τῆς νόσου? quin pro virium ratione, toties *i* venam tunde λαυρῶς, ἰσχυρῶς, ἢ κατὰ ἐπαφαίρεσιν, vel quia fic iubet ratio *l* magnitudinis; vel quia extremis morbis extrema exquifitè remedia *m* debentur; vel quia fpes dubia certa defperatione *n* potior eft; vel quia denique nullum phlebotomiâ liberâ & liberali *o* præfentius remedium; Sed ô friuolam & inanem Αἱμοφοβίαν; fanguinem adufque λειποθυμίαν, Hippocrates *p* & Galenus *q* mifere, Nos haudquaquam; Illi librarum, nos vnciarum ponderibus: Meminit Galenus ad fex vfque libras detractum *r* fanguinem, fic reftinctâ febre: aliàs in oculorum phlegmone *f*, tres primum libras mifit, horis dein quatuor exactis libram, vnde falus illico fequuta; Nec-non mulieri longo morbo attenuatæ, deridentibus licet Medicis, *t* fefquilibram primo die, libram altero, tertio vncias octo detraxit, fic falute reftituta. Quantũ denique illius in adolefcente, qui perfrigeratis refpirandi inftrumentis *u* in αἱμόπτυσιν copiofam incurrerat, miffione fanguinis biduo quater repetitâ; Sed & tabidum, fectâ, ἕως ἔξαιμος ἐγένετο, in vtraque manu venâ liberauit Hippocrates, *x* venæ fectionis amator *y* eximius. Eft igitur iteranda phlebotomia, quoties *z* vires ferent, & morbi magnitudo poftulabit, etiamfi morbi dies xx. agatur.

a G. 9. meth. c. 5. & l. de cur. per fang. miffion. c. 20.
b G. l. de cur. per fang. miff. c. 12.
c G. l. de venæ f. aduerf. Erafift. c. 7.
d G. comment. ad aph. 23.
e G l. de venæ f. aduerf. Erafift. c. 7.
f Celf. l. c. 10.
g G. comm. 2. in l. de vict. in acut. t. 11.
h Hipp. 1. Epid. fect. 2. & 2. Epid. fect. 2.
i G. 9. meth. c. 5. & l. de cur. per fang. miff. c. 11. & comm. 2. in l. de
k vict. in acut. t. 11.
l G. de cur. per fang. miff. c. 13.
m Hipp. aphor. 6. fect. 1.

n Celf. l 5.
o G. comm. 1. ad aphor. 23.
p Hipp aphor 23. fect. 1 & 5 Epidem. initio
q G. l. de cur. per fang miff. c 12 & 14. meth. c 10. & comm. 1. ad aph 23.
r G l. de cur. per fang. miff. c 12.
f G l. de cur per fang miff c 17.
t G. comm 3 in Epid t. 29.
u G 5 meth c 13.
x Hipp 5 epid. initio.
y G comm 1 in lib. 3. Epid. ægrot. 1 art. 3.
z G 9. meth. c 5. & l. de cur. per fang. miff. c. 20.

V.

HIC excandefcis Αἱμοφόβε, nullum fcilicet Aftralibus tuis, Sali, Mercurio atque Sulphuri locum derelictum vides. Sed contemplâre temetipfum, quoties tibi de nare, vel hæmorrhoïde, vel accepto vulnere: quoties menftruali, vel puerperæ, ad x. & xii. librarum pondus fanguis exceffit vitâ incolumi; habere corpus hominis ἄσαρκον probéque temperatum fanguinis libras xxv. fcripfit Auicenna: Vidit Amatus, a quorum è naribus fluxerint per dies quinque, b libræ xx. & xxii. exiguâ virium offenfâ: Scripfit c Donatus in muliere, feptem & octo menfium fpatio, iteratam bis & ter phlebotomiam feptimanis fingulis ad vncias feptem & octo, vita fuperftite: Vidi cui Anginofo detracta fuére triduo xlviii. fanguinis vafcula fanitate reftitutâ: Tædet huius claffis infinita Lutetiæ Parifiorum exempla recenfere: Quid fi verò infuper haud leuibus argumentis euincam, ex liberaliore, ceu Parifino victu, gigni quotidie in nobis fanguinis quafi libram & à membris exforberi? Sed ifta captum fuperant imperitæ multitudinis, quæ hoc folum nouit, infamare præfidia quæ non dedere omnibus falutem, quafi fi quis artem Medicus, is & artis euentum prẹftare femper debeat, nec fua cuique fit μοῖρα πεπρωμένη. Hanc ignarẹ plebi mentem iniiciunt pfeudomedicorum fufurri, qui iam Galeni amorem & doctrinam excuffère, Hippocratem cœperunt odiffe, vt Paracelfum Αμίσθον obtrudant: Sed erit antiquẹ veritatis fautrix, & vindex Schola Parifienfis; tuos Αἱμοφόβε, rumores contemnet, qui dum animofitatem, quâ in eam tenêris, viceris, tum demum, veritatem tenerê poteris qua vinceris.

Ergo *Medicorum Parifienfium frequentes Phlebotomiæ, non jure, fed injuria accufantur.*

a Amatus Luſit. centur. 2. curat. 100.
b Ibidem, & in ſcholio.
c Marcellus Donat. l. 4. c. 3. hiſtor. mirabilis.

Proponebat Lutetię GVLIELMVS DV PRÉ, Normanus, Anno R. S. H. M.DC.XXV.

LVTETIÆ PARISIORVM,
Proſtant Exemplaria apud I. BAPTISTAM NEGO, Typographum, ad Pontem S. Michaelis, ſub inſigni Turris de Billy.
M. DC. LXVI.

cette these est la 666e du recueil in-folio tome IV des theses de la faculté.